

A. R. P.
CAROLI LUDOVICI RICHARD

THEOLOGIE PROFESSORIS EX ORDINE
PRÆDICATORUM,

ANALYSIS
CONCILIORUM

GENERALIUM, ET PARTICULARIUM,
CONTINENS EORUM CANONES

SUPER
DOGMA TE, MORALI DOCTRINA
AC DISCIPLINA

TAM VETERI, QUAM RECENTIORI,
ERUDITISSIMIS ADNOTATIONIBUS

ILLUSTRATOS,

ET CUM NOVO, NOMINATIM VERO
CUM PECULIARI GALLIARUM JURE, COLLATOS;
QUOS ANTEVERTIT, PROOEMII LOCO, DE
CONCILIIIS IN UNIVERSUM TRACTATUS.

OPUS CLERO SÆCULARI, ET REGULARI,
ITEMQUE JURISCONSULTIS UTILISSIMUM.

QUOD
E GALlico IN LATINUM IDIOMA TRANSTULIT
R. D. JOANNES ANTONIUS DALMASUS
VICETINUS, SACRÆ THEOLOG. DOCTOR COLLEGIATUS.


TOMUS I.

CONTINENS TRACTATUM PRÆVIUM DE CONCILIIIS,
ET CONCILIA A SÆCULO PRIMO USQUE
AD DECIMUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER p. m. FILIORUM.

M DCC LXXVIII.





TRACTATUS DE CONCILLIIS.

CAPUT PRIMUM.

De Conciliorum Nomine, ac Definitione.

Vox, *Concilium*, atque adeo *concilium*, ut suæ Novæ Collectionis pag. 1089. & 1429. Balutius animadvertit, plurimum in eodem loco ad quidpiam deliberandum personarum cœtum generatim significat; idem innuunt vocabula, *conventus*, & *synodus*, & in eo differunt a *comitiis*, quod ad hæc scilicet populus universus, ad concilia vero solummodo populi pars, ejusque potiora membra conveniant. Itaque in Galliarum Annalibus passim legitur, Reges habuisse suas synodos, & ut monet D. de Marca, *lib. 6 de Concord. cap. 24. n. 5.* inter eos cœtus, *synodorum* nomine designatos extitisse nonnullos, qui *regii* nuncupantur, utpote qui non ex Episcopis tantum, sed Comitibus, aliisque Regni primoribus præterea constabant, e quorum sententia leges ad politiam spectantes, tam Ecclesiasticæ, quam civiles a Regibus edebantur; & hinc ea vetus in Regiis edictis formula, quam profert Bignonius in suis Adnotationibus super Marculfo, *lib. 1. cap. 25. Nos una cum*
Richard Concil. Tom. I. A aposto-